

IACOBI CVIACII  
IVRISCONSULTI PRAE  
STANTISSIMI, ET ACVTISSIMI  
OPERVM POSTVMORVM

Iullus Paullus

SIVE,

AD IVLII PAVLLI IVRISCONS.  
LXXX. ad Edictum. Et XXV.

*Questionum Libros*

Recitationes solennes.

OPVS VT PRÆCLARISSIMVM AC LONGE  
*utilissimum, ita & bono Antecessorum Iuris, ac studiosorum,  
nunc primum iure publico donatum.*

Cum indice gemino, legum scilicet explicatarum, rerum & verborum, quæ potissimum  
in his Commentariis continentur.

*Cum gratia & privilegio Caesar. Maiest. ad d. c. c. c.*



1 5

9 6.

FRANCOVRTI,

Ex Officina Paltheiana, sumptibus Petri Fischeri.





P E T R . F I S C H E R V S

Lectori beniuolo salutem.



**I**ACOBY CUIACIVS Tholosas, qui quantusq; fuerit, nemo est, vel leuiter tantum humaniorilitteratura, & iuris doctrina imbutus, qui ignoret; imo qui hunc quasi numen quoddam eruditionis, & iuris Oraculum non veneretur accolat. Itaq; de tali viro praestaret forte tacete hoc loco, quam paucula proloqui nisi operum eius postuma editio, in tanta iudiciorum non libertate iam, sed licentia ne dicam libidine, suo quasi iure, hanc a nobis exquirere operam videretur. Ab eo igitur tempore, quo publice in scholis ius docere Cuiacius nosset coepit, ita in omnibus praelectionibus (sive ut ipse vocabat, recitationibus) diligentem semper se praebuit, ita se ipsum studio & meditatione aliquam multarum horarum praeparauit: quasi protinus edenda in publicum orbis theatrum essent, quae suis ipse auditoribus de suggesto erat recitaturus. Industriam cum ingenii praestantia, & iudicii acrimonia coniunctam, is applausus, & statim ab initio excepit, & (quod in hoc genere peritum est) ad finem vsque musicorum laborum vitaeq; secutus est, ut non tantum iuris studiosa iuuentus, hunc quaqua iret, sicut apud examina suam regem, maxima cum frequentia sequeretur, & apud ipsos non Galliae tantum, verum & Italiae, Hispaniae, Germaniae nollitae, Iurisperitos (nota loquor & testata) summo in pretio, & instat *καί μάλιστα* ipsius dicta & cogitata haberentur: sed etiam ea, quae & lectissima & limatissima proponeret ac recitaret publice, a uide celerim manu sint excepta, atq; laboriose ab aliis descripta, hincq; inde care diuenditae coemta. In primis quem proxime dedimus Papinianus, & quem nunc tuo bono publicamus Lector, Iulius Paulus. Quorum amborum praestantissimorum iuris conditorum leges difficilissimae face Cuiacii illustratae, ita nunc faciles videri possunt, ut vel non debuerit aliter Papinian. scribere, vel non potuerit quisquam hactenus ad eius animi perspicaciam peruidendam penetrare, donec hic nobis Hercules viam saebrosam complanasset. Etsi autem complura etiam Cuiacius nosset & immortalia ingenii, iudicii, reconditae doctrinae monumenta ediderit: tamen eorum, quae in scriptis adhuc supersunt, longe alia quam editorum est ratio. Habent hoc doctissimi quoque maxime proprium, ut paucis verbis multa comprehendant, & quae sibi sunt notissima, ea sine multiloquio, & aliis patere posse iudicant. Caeterum in tanta ingeniorum dissimilitudine seereuenit, ut in succincta breuitate discitentes nonnunquam desiderent, non in iudicio scriptoris complementum, sed pro ingenio mediocritate explicationis adiumentum. Ita saepe ex Cuiacii nostri auditoribus audire me memini, cum rogaretur, ut pleniore stylo sua excoleret, cum rogantibus respondisse, *doctis scribo, indoctis lego*. Inuebat vir intelligentissimus, pauca sapientibus sufficere, adeoque, quibus ea, quae concisus ederet, non sufficerent, his lectiones sive recitationes suas profuturas: in quibus, si vel explicationis perspicuitatem, vel *καί μάλιστα* obuiam facilitatem, vel denique diligentem contritorum amolitionem spectemus, facile iudicabimus plerisque nos indoctos esse, hoc est, quos pudere non debebat ex Cuiacii recitationibus discere. Et haec ipsa praecipue causa fuit, cum tot annis, quibus Cuiacii vox publice cum bono audita est, Recitationes Cuiacianae diligenter semper praemeditatae plurimis & infinitis pene eius auditoribus praesentent, cur minime dubitatemus, easdem post eius quoque mortem, non minus, imo etiam forte plus, scholis omnibus iuridicis profuturas: adeoque minime putaremus, nos a iustis rerum aestimatoribus reprehendi posse, si easdem publice communicaremus omnibus, quae a multis hactenus descriptae, quin & deprauatae, paulo post exiturae aliorum opera essent. Quin & hoc minime dissimulandum, fuisse iam dudum, qui ex Cuiacii dictatis integrorum pene titulorum commentarios pro suis ederent: quod quam sit a iuris & iustitiae cultoribus alienum, facile omnes intelligunt: quia & si ipsi alienae suppellectilis conuatores id ipsum intelligerent, nisi nescio cuius praeposterae gloriae stimuli, vel insanabile scribendi cacochythes (ut cum Saryrico loquar) huc impelleret. Quum igitur harum praelectionum exemplaria a Gallo quodam Cuiacii per multos annos audire, magnis laboribus mihi comparassem, earumque editioni limam omnino necessariam esse viderem, qua & errata scriptoris solerter, & ex mente Cuiacii restituerentur, & vero tota haec editio plurimum studiosis iuris commodaret, accuratam edulo, ut haec, quae tibi nunc damus, lector beneuole, opera Cuiacii postuma diligentissime recense-

IACOBI VIACII, CONSILIARII REGII, IVRECONSULTI  
PRÆCLARISSIMI, ET  
ACVTISSIMI,

*Recitationes solennes*

S E V

COMMENTARII

*In librum primum Pauli ad Edictum.*

Ad legem vlt. de Iurisdicte.

*Extra territorium ius dicenti impune non paretur. Idem est, & si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.*



VM hac l. coninn-  
genda est l. 16. & 18.  
ad municip. & l. 7. de  
adm. rer. ad ciuitat.  
pertin. & l. in honora-  
riis 6. de oblig. & alt.  
quoniam hæc omnes  
sunt de magistrati-  
bus municipalibus, quas omnes ordine  
interpretabor, excepta *l. in honorariis*, quã  
decreui prætermittere, quando quidem  
eam non ita dudum sum interpretatus. In  
*l. vlt. de Iurisdicte*. Paul. ait, *eum, qui non  
obtemperat ius dicenti extra territorium, id  
impune facere, idq; ei non esse fraudi. Idem-  
que esse, si quis non obtemperet ei, qui ius di-  
cit supra iurisdictionem suam: qui iuris di-  
cendi verbo utitur.* Ex eo apparet, eã l. per-  
tinere ad magistratũ, non ad iudices datos,  
qui ius non dicant, sed iudicant, cogno-  
scunt, arbitrantur tantum: sed videamus,  
ad quos magistratus pertineat. Alii sunt  
magistratus vrbani, alii prouinciales, alii  
municipales. Si pertineret ad magistratus

A vrbanos, non diceret *extra territorium*, sed  
*extra urbem*, vel *extra terminos vrbis*, ut  
in *l. prim. in pr. & §. initio l. vlt. de offic. pref.  
urb. prefecto vrbis aut prefecto vrbis nullam  
esse potestatem, cum exierit terminos vrbis*,  
id est, nullam esse eius potestatem extra ter-  
minos vrbis, qui clauduntur centesimo  
miliario. Vnde apud Herod. 2. prætoriani  
milites, qui exauctorantur, & facessere iu-  
bentur ultra centesimum miliare, iubentur  
excedere urbem & terminos vrbis.  
B Præfecti igitur vrbis extra terminũ, extra  
cetesimũ miliare, nullam esse potestatem,  
extra urbem posse cum iubere, iudicare,  
posse iudicem dare, quæ est pars mixti im-  
petii & iurisdictionis *l. 3. b. extra urbem*,  
intra terminos vrbis tantum, non extra  
terminos vrbis.) Non pertinet etiam hæc  
lex ad magistratus prouinciales, quoniã ad  
eos si pertineret, non diceret *extra territo-*  
C *rium*, sed *extra prouinciam*, vel *extra*  
*prouinciæ terminos l. 10. & 16. C. Theo-*  
*dof. de Accusat.* Intra terminos prouinciæ,  
in qua crimen admissum est, accusationẽ  
instituendam esse, & apud præsidem eius  
prouinciæ non extra. Nec igitur præsidis  
eiusque extra suam prouinciam potestatem  
vllam aut noticiem esse, quam obrem &  
quem præses prohibet pro aliis postulare

A

IACOBI CVIACII,  
IVRISCONSULTI PRAE-  
STANTISSIMI, ET ACUTISSIMI  
OPERVM POSTHVMORVM.

Iulius Paullus

SIVE,

AD IVLII PAVLLI IVRISCONS.  
*Libros Quaestionum XXV.*

Recitationes solennes.

OPVS VT PRÆCLARISSIMVM AC LONGE  
*utilissimum, ita & bono Antecessorum Iuris, ac studiosorum,  
nunc primum iure publico donatum.*

Cum indice gemino, legum scilicet explicatarum, rerum & verborum, quæ potissimum  
in his Commentariis continentur.

*Cum gratia & privilegio Caesar. Maiest. ad decenn.*



FRANCOFVRTI,  
Ex Officina Paltheniana, sumtibus Petri Fischeri.

# IULII PAULLI PATAVINI

I. C. Vita.

Iulium Paulum Iurisconsultum Patavio oriundum fuisse  
testatur & hodierna die hæc statua in curia Patavina :

PAVLVS PATAVINVS I CONSVLTORVM CLÄRISSIMVS  
HVIVS VRBIS DECVS ÆTERNVM.

ALEXANDRI MAMMÆ TEMPORIB. FLORVIT  
AD PRÆFECTVRAM CONSVLATVMQ. ERECTVS  
CVIVSQ. SAPIENTIAM TANTI FECIT  
IVSTINIANVS, IMP. VT NULLA CIVILIS  
IVRIS PARTICVLA HVIVS LEGIBVS  
NON DECORETVR

QVI SPLENDORE FAMÆ IMMORTALIS  
OCVLIS POSTERITATIS ADMIRANDVS  
INSIGNI IMAGINE HAC  
MERITO DECORATVR.

Hunc Gordianus Imp. in l. etsi contra C. de Nupt. virum prudentissi-  
mum appellat. Vlpianum virtute, fortuna & auctoritate propemodum  
adæquavit. Nam & eiusdem Alexandri principis consiliarius, & Papi-  
niani prætorio præfecti cum Vlpiano assessorem egit, idq; quod præter  
Lampridium ipse quoq; Paullus testatum facit in l. lecta de reb. credit.  
Et vero Vlpiano vita functo in eius locum subrogatus, & prætorio præ-  
fectus, factus est ab Heliogobalone, an Alexandro incertum. Libros in  
Iure Ciuili tam multos scripsit, vt facile in eo genere superiores omnes  
etiam Vlpianum vicet. Ex eorum numero præcipui quoq; &  
magis eximij sunt, quos nunc damus, ad EDI-

CTVM & QVÆSTIONVM  
LIBRI.

AAaa 2



IACOBI CUIACII IVRIS  
 CONSULTI CELEBERRIMI  
 ET ACUTISSIMI REGII CON-  
 SILIARI.

Ad Lib. I. Quaestionum Pauli

Recitationes solennes.

IN NOMINE IESV.

Ac primum ad l. 88. de acquir. vel  
 omitt. hereditat.

*Gerit pro herede, qui animo agnoscit suc-  
 cessionem, licet nihil attingat hereditarium.  
 Unde & si domum pignori datam, sicut he-  
 reditariam, retinuit: cuius possessio qualis  
 qualis fuit in hereditate: pro herede gerere  
 videtur. Idemq; est, & si alienam rem ut he-  
 reditariam possedisset.*



**H**ec l. est de eo gene-  
 re acquirenda hæ-  
 reditatis, quod pro  
 herede gestio, huc  
 pro herede geritio  
 vocatur. Quo ge-  
 nere extranei, id est,  
 qui non sunt in po-  
 testate & familia morientis, cuius de bo-  
 nis agitur, sibi delatam hæreditatem ac-  
 quirunt, extranei, inquam, non necessarii  
 vel sui. Et necessarii hæredes non acqui-  
 runt ipsi per se hæreditatem, sed per legē  
 eis acquiritur, & obuenit etiam inuitis &  
 ignorantibus, tam ex testamento, quam

**A** ex intestato; & ex testamento etiam clau-  
 sistabulis testamenti, & non suo facto,  
 non voluntate sua, sed legis potestate hæ-  
 redes existunt, vel ut Græci *κατασκευαστοι* il-  
 lico apparent l. ult. §. *sin vera. Cod. de cur.  
 fur. dan.* & statim atq; e vita excessit pa-  
 rens vel dominus, in cuius potestate sunt,  
 ipso iure heredes deprehenduntur, l. pen.  
 §. pen. de bon. liberti. Extranei autem non  
 existunt, sed fiunt hæredes vel ad eundo,  
 vel cernendo hereditatem, qui actus sunt  
 solennes & legitimi, id est, ex 12. tab. l.  
*actus, de regul. iur.* vel pro herede geren-  
 do, & nuda voluntate amplectenda hære-  
 ditatis. Qui duo posteriores actus non sunt  
 legitimi, ut duo priores, qui per eminenti-  
 am legitimi dicuntur, a quibus hi duo  
 posteriores longe distant: sed legitimi tamē  
 sunt, quia & iure civili prodici sunt, ut  
 prætorium ius, & constitutum ius, ius est  
**C** legitimum, quo in lege distat, ab eo, quod  
 per eminentiam ius legitimum dicitur, l. si  
*in adoptione in fine. de bon. poss. cont. tab.* At  
 hoc loco Paulus tractat de eo, qui per se  
 pro herede gerendo acquirit hereditatem.